

decano et Volquino\*) custode Nuwenburgensis ecclesie presentibus et annuentibus, quos dominus papa coadiutores nobis et cooperatores in amministrazione et procuratione episcopatus suis litteris delegavit. Termini autem prefate ville designati sunt ab adiacenti silva Portensium usque ad viam, que dicitur buchstraze, et item a confinio agrorum de Scobkowe usque ad agros claustrum de sancto Mauricio. Notandum sane, quod pretaxati 5 fratres de Porta, ut de manibus laicorum, qui, ut diximus, eandem villam in beneficio a nobis habebant, absolute illam redimerent, pecuniam circa estimationem septingentarum marcarum hinc inde dederunt et insuper ducentas carratas vini, colonis tamen inibi remanentibus, quos ipsi fratres, si voluerint, a possessionibus illis, quas hereditario iure Francorum possident, competenti<sup>h)</sup> restitutione sine coactione possunt excludere. In 10 reconpensatione<sup>i)</sup> vero huius concambii iam dicti fratres ecclesie nostre restituerunt possessiones in Steinbäch, possessiones in Stócheim<sup>k)</sup>, possessiones in Dûmernich<sup>l)</sup> cum attinentiis suis, quas ipsi quieto iure et iusto titulo diu possederant quasque item predictus marchio Misnensis a nobis, Albertus a marchione iure beneficii susceperunt. — — Acta sunt autem hec anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quinto, indictione 15 octava.

(S.)

## 92.

*Markgraf Dietrich bearkundet, daß das Kloster Altzelle 12 Hufen in Mochau von Albert von Cotzowe erkaufft und mit diesen zugleich noch in demselben Dorfe 8 Hufen, die er demselben als 20 Almosen für das Seelenheil seines Bruders, des Markgrafen Albrecht übereignet, und 4 andere im Dorfe Oppitzsch erworben hat.*

**Landding Kollmen, 1205 Okt. 10.**

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 142. S. an rothscülenen Fäden = Tafel II. 6.*

*Anm.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20.*

: In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio: 25  
 Dignum est et deo placitum, ut ecclesiam | beate Marie in Cella, quam iure foundationis  
 ac patronatus tuendam suscepimus, pro viribus defensare studeamus et omnem impeti-  
 torum adversus | eam iniustam querimoniam sopiamus tam in hiis, que a parentibus  
 nostris fundatoribus suis vel a nobis possidet, quam et in hiis, que per elemosinam vel  
 emptionem ei proveniunt. Hinc est, quod tam presentes quam posteros scire cupimus, 30  
 quoniam prefata ecclesia XII mansos in villa, que Mochowe dicitur, emit ab Alberto de  
 Cotzowe consensu heredum suorum, et quia dicta bona cum per uxorem contingebant,  
 ipsa annuente cum prole, quam ex ea suscepit, libera vendidit auctoritate. Preterea  
 notandum, quod cum istis bonis in memorata villa VIII mansos alios habet ecclesia supra  
 nominata, quos ei contulimus in elemosinam pro anima fratris nostri marchionis Alberti, 35  
 et alios III in villa Obedewiz cum omnibus attinentiis suis cultis et incultis, viis et inviis,  
 nemorosis, agrosis, planis ac montuosis. Verum ne quis in posterum de hiis, que sollemp-

91. g) Volcwino B. h) competenti B. i) reconpensatione B. k) Stockheim B. l) Dumernich B.